

1447

CODICES

1448

Hunc rex ex hilarat qui legem sibi colorat.

Verum aut in illo numero omis-
sum est C unum, aut *Codex* for-
tassis adlatus ex *Anglia*, qui Li-
brario nostro Exemplum fuit, il-
lum annum praetulit.

CCCLXXXI.

- 901 Codex membraneus lat. Sec.
XV. Folior. 266. 4. prioribus
per omnia geminus continet pro-
lixum Opus Capitum 27. *Job.*
Wiclefi, cujus Inscriptio una-
cum folio Thecae anteriori ad-
glutinato deperiit. Incipit vero:
*Ut supradicta de lege christi in ge-
nere plus luceant, oportet ordi-
ri secundum aliam formam. trac-
tando de religione uel ordine. &c.*
Tractatum de *Religione perfec-
torum* memorat *Baleus*, sed alio
initio, item de *Ordine Christia-
no*, sed absque initio. Ego No-
strum ad *Summae Theologicae*
Partem I. de *Mandatis* pertinere
crederem, nisi ea in *Cod.* supe-
riore completa et perfecta dicta
fuisset. Finit: *in quo non sit ne-
cesse procuratorie sic orare.* Agi-
tur enim de Suffragiis pro De-
functis. Accedit Capitum Elen-
chus.

CCCLXXXII.

- 902 Codex membraneus lat. Sec.
XV. Folior. 254. 4. ad praece-
dentes pertinens continet *Job.*
Wiclefi Opus inscriptum: *Pri-
mus liber de civili dominio. De*
summa sua in Theologia tertius in

ordine. Initium: *Tractando de ci-
uili dominio hominis superaddito na-
turali &c.* Fol. 153. incipit *Li-
ber II.* uterque post se habet
Elenchum Capp. quorum poste-
rior perperam Libro quarto tri-
buitur. *Baleus* aliud huic Operi
initium statuit. De Opusculis *Wi-
clefianis* tam in hac V. Tomo-
rum Collectione, quam in aliis
Codicibus contentis monendos
censeo Lectores, satis mihi vi-
sum esse, si, ubi recurrunt, ad
Indicem generalem adpellem.

CCCLXXXIII.

- Codex membraneus lat. Sec. 939
XV. Folior. 236. 8. nitide per-
scriptus et rubricis distinctus con-
tinet alphabeticos Indices Rerum
praecipuarum in *Job. Wiclefi*
Opera, videlicet: *Tres Tracta-
tus de divino Dominio. Super De-
calogum. Tres Libros de Civi-
li Dominio.* Indices hi ad Col-
lectionem V. Tomis constantem
et *Codicibus* CCCLXXVIII —
LXXXII. comprehensam pertine-
re videntur; manus enim Libra-
rii eadem est.

CCCLXXXIV.

- Codex membraneus lat. Sec. 873
XV. Folior. 215. f. per 2. co-
lumnas caractere atro, crasso
scriptus, ut videtur, in *Bohemia*,
rubricis distinctus, et quibusdam
locis aliquantum picturatus conti-
net plura *Job. Wiclefi* Opera,
ejus